

www.e-rara.ch

Aristotelous hapanta =

Aristoteles

Basileae, anno 1531

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH Bc I 1

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-399>

Aristotelis vita Guarino Veronensi autore

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ARISTOTELIS VITA

GVARINO VERONENSI AVTORE.



Genus clarum.

Educatio.

Platonis auditor viginti annos perpetuos.

Indoles mirabilis, & quae uideri ad singulana ta potuit.

Magni Alexandri praeceptor.

Docuit in Lyceo.

Peripateticorum nomen inde.

ARISTOTELES philosophus ex oppido fuit nomine Stagira, obscuro quidem per se, nisi quod huius uiri claritate refulsit. Patrem uero habuit Nicomachū, medicinae professorem artis. Genus primum in Machaonem Aesculapij filium continuata certissimaque successione referebatur. Ipse uero Nicomachus apud Amynthā Macedoniae regē, Philippi patrem, & medici & amici locum obtinens, multum & gratia & opibus in regno potuerat. Ex hoc Aristoteles natus est anno primo, ut quidam tradunt, nonagesimā nonae Olympiadis. Matrem quoque habuit non obscuri generis, nomine Phestiada. Aristoteles autem prima aetate in Macedonia educatus, ubi adulescere coepit, Athenas studiorū gratia missus, cum caeteris operam disciplinis haud segnem dedisset, tandem Platoni per id tempus Academiam mirae discipulorum celebritate incolenti, in philosophia adhaesit. Decimo septimo aetatis anno fuisse perhibent, cum Platonem audire primum incepit. Eius disciplinae uiginti annis perseuerauit auditor, nihil omittens ex his artibus quae ad summum futurū philosophum pertinere uidebantur. Erat in eo acritas ingenij summa, nec sanē minor aut uigilantia, aut sedulitas. Cupiditate uero discendi ita flagrabat, ut nullum disciplinarū genus sibi incognitum pateretur. Itaque non in utraque modo philosophia praestitit, sed in dialecticis & mathematicis longe primus habebat. Nec in his tantum, sed & poeseos perfectam quandam cognitionem adiunxerat. Historiae uero ita curiosus, ut neque caelo, neque terra, neque mari quicquam relinquare uellet incognitum. Indole praeterea mirabili, ut ad singula natum praecipue dicas, ut & carmina ab eo pulcherrime scripta, & solutae orationis copia ornatusque ostendit. Mortuo Platone ad Hermiam Atarnei tyrānum profectus, triennio fere apud illum defedit. Hanc eius moram nonnulli obtrectatores uehementer carpserunt, quasi parum philosopho congruentem: lacerantque hoc in loco maxime pro ancillae cuiusdam amoribus penē insanis, quorum gratia illum defedissee apud Hermiam quidam scripsere. Exiitque in eum epigramma nobile Theocriti Chij, amarissimis sanē uerbis obscenitatē & desidiā illi exprobrantis. Sed haec omnia ut falsa & ab obtrectatoribus ficta existimem, facit quod mox inde protinus in Macedoniam euocatus a Philippo, & alijs rebus auctus honestatusque est, & Alexandro filio in disciplinam tradito, maximam auctoritatem in regno promeruit. Nam illuc quidem adduci non possum, ut existimem hominem minus integra fama, in eo ipso tempore a praestantissimo rege, aut tantopere appetitum euocatumque, aut unicum tantae spei filium huic potissimum creditum. Et simul a Demetrio Magnesto scriptū reperio, necessitudinem quandam Aristoteli cum Hermia fuisse, quod eius neptem in matrimonio haberet, eoque ueluti officio retentum penes illum fuisse. Sed postquam in Macedoniam redijt, honore ac dignitate longe primus habebatur, ut admiraretur eius sapientiā rex, quasi decus ingens regni ac felicitatem suorum temporum aestimaret. Apparet id in epistola Philippi, quam ad Aristotelem de Alexandro scripsit: Dijs, inquit, gratias habeo, non tam proinde quia natus est, quam pro eo quod nasci contigit temporibus uitae tuae: spero enim fore, ut educatus eruditusque a te, dignus existat & nobis, & istarum rerum susceptione. Decem ferme annos circa Alexandrum fuisse uidetur, nec tamen in eo solū occupatus, sed & per id tempus multa per seipsum, multa & per regis potentiam inquirens, occultissima naturae indagabatur. Alexandro deinde in Asiam cum exercitu profecto, ipse Athenas redijt, & sui copiam in Lyceo exhibere coepit, Xenocrate per id tempus Academicam obtinente. Docebat uero inambulans plerumque, auditorum turba circumfusis, ex quo ipse sectatoresque eius Peripatetici philosophi nuncupati sunt. Sunt tamen

tamen quibus
bulatoris
teticos d
tissime d
cōmuni
tuens ne
quoque an
deserta s
Nunc uo
conspex
si figuran
Formae
nestabat
dam red
annuli d
adhibeb
graues,
tatem po
in patria
quam pa
cum ex
habuit &
re, filijs
etiam fo
neris: de
mitti, qu
uero hab
neptem
cillam ei
mox pro
illi natus
urbs a P
ipse defo
tissimam
ut festos
rent: fest
benefici
ut penē
tante pro
uatori, a
amauitq
stum per
parem g
tingeret
ac rerum
tro dūta
sus Alex
aut Call
pe sibi c
missus, c
xandro
odiosum
quam o

nam qui tradant partem illam gymnasiij in qua docebat, Peripatū, id est deambulatorium fuisse: itaq; ut Academici Stoicq; à loco dicti sunt, sic etiam Peripateticos de loco ipso cognomentum suscepisse. Tredecim annis in Lyceo florentissime docuit, complurisque sua disciplina clarissimos viros effecit. Tandem uero cōmuni illa philosophorū inuidia, quod non recta de dijs sentiret accusatus, metuens ne ut quondam Socrati, sic & sibi in iudicio pereundum foret, Antipatri quoq; amicitia, qui tunc Atheniensibus odiosus erat, ne sibi noceret formidans, deserta sui defensione, Chalcidem abiit, ibiq; de cætero fuit, quoad e uita decessit. Nunc uero quoniam cursu quodam celerrimo præteruecti, spatium illius uitæ conspeximus, flectenda iterū ratis est, ad mores eius uiri, & domestici usus quasi figuram disciplinamq; et librorum ab eo scriptorū multitudinem intuentium. Formæ quidem fuit haudquaquam conspicua: duobus tamen præcipue dehonestabatur, gracilitate crurum, & pusillitate oculorū. Itaq; quo dignitatem quandam redimeret aduersum corporis uitia, & uestitu paulò insigniori utebatur, & annuli digitos honestabūt, & tonsuram cæterumq; corporis cultum de industria adhibebat, cum tamen reliqua in uita modestissimus esset. Mores autem in eo graues, & ab obscœnitate ridiculoq; alieni fuere, cæterum mites, & qui benignitatem potius haberent, quàm præ se ferrent. Extat eius humanitas atq; dilectio in patriam, in suos, in familiam, in discipulos, in omne deniq; genus hominum, quam paulò post singulatim prosequemur. Patrimonium fuit illi satis amplum, cum ex hæreditate paterna, tum ex regum largitione. Nam et prædia in Stagiris habuit & redditus, ex quibus modeste simul liberaliterq; uitam duxit cum uxore, filijs & amicis. Plenam illius domum seruis fuisse, nec maribus modo, uerum etiam sceminis, testamento eius apparet. Memorat enim permultos utriusq; generis: deinde mandat neminē uenundari eorū qui sibi seruiuerint, sed liberos dimitti, quibusdam tamen in seruitio filiorū uxorisq; nominatim relictis. Vxores uero habuit duas, Phitaida scilicet & Herpilidem: quarū Phitaida alij filiam, alij neptem Hermiæ Atarnei, de quo supra diximus, Herpilidem uero pleriq; ancillam eius fuisse tradidere, mortuaq; uxore prima, consuetudine ab ea recepta, mox procreatis filijs, pro uxore habitam. Ex hac Herpilide Nicomachus filius illi natus est, ad quem sunt Ethicorum libri, & filia Nicanori desponsata. Stagira urbs à Philippo euersa, ut restitueretur ab rege obtinuit, legesq; & formā Reip. ipse descripsit, qua postmodum ea ciuitas usa est, habuitq; licet absens diligentissimam patriæ curam. Ciues autē ob hæc merita tanto in honore illum habuere, ut festos dies & ludos quotannis etiam eo uiuente faciendos illi publice dederent: festa ipsa celebritas Aristotelia nuncupata. Et in patriam quidem hæc illius beneficia extant. In suos uero ac necessarios tanta charitate beneuolentiaq; fuit, ut penè superflua atq; nimia illius obseruantia uideatur. Nicanore genero ægro tante pro eo uota fecit, si incolumitatē reciperet, statuas se duas alteram Ioui seruatori, alteram Iunoni sospitæ dedicaturum. Discipulis uero multum detulit, amauitq; unice, præsertim eos qui excellere uisi sunt. Extant eius in Theophrastum permulta charitatis amorisq; indicia, & illud in primis, quod ipsum licet impari genere, tamen generum sibi testamento designat, si quid Nicanori contingeret, propter quod alteri filia tradenda foret. Curam uero omnem filiorum ac rerum suarū, arbitrio fideiq; propinquorū, discipulorumq; cōmisit, Antipatro dūtaxat ob honorem adiecio. Callisthenē uero usqueadeo amauit, ut aduersus Alexandrū regem grauissimas inimicitias pro eo suscipere nō dubitaret. Fuit autē Callisthenes Aristotelis discipulus, necessitudine etiam quadā materna stirpe sibi coniunctus, excellentissima disciplina iuuenis. Hic ad regē ab Aristotele missus, cū in Asiam illū prosequeretur, quasi Hermolai cōiurationis autor ab Alexandro interfectus est. Atqui cōstat falso obiectū illi cōiurationis crimen: cæterū odiosum faciebat regi nimia in disputando libertas, & contentionū pertinacia, quam ob causam interfectus ab illo putatur. Tulit igitur huius necem perindē

Exulat ob ueritatem, & mortur exul.

Habitus corporis.

Cultus formæ.

Morū grauitas Humanitas.

Facultates.

Familia.

Coniuges.

Liberi.

Pietas in patriam.

Honor diuinus Aristotelis habitus.

Pietas erga familiam.

Callisthenes.

gne Aristoteles, nec uerbis querelisq; liberioribus pepercit. Hinc & regis infensio sequuta est nō latens neq; obscura. Itaq; ad Antipatrum scribens Alexander, cum huius coniurationis mentionem fecisset, sese exacturum pœnas minitatur non à Callisthene modo, uerumetiam ab his qui illum ad se misissent: de Aristotele non dubie sentiens: missaq; per idem tempus ab Alexandro dona Xenocrati amplissima ferunt, non tam ut illum honoraret, quàm ut Aristotelem ab se præteritum despectumq; ostenderet. At Aristoteles posthac celatim fauisse Antipatro, quo regnum Macedoniae retineret, existimatus est. Tempora quibus Athenis fuit, inquieta porro, difficiliaq; fuere, ob timorē Alexandri post Thebas euerfas ciuesq; expostulatos, mox ob Antipatri suspiciones atq; certamina. Quo quidem tempore principes illi oratores Demosthenes, Hyperides, Demades, Aeschines, diuersa in Repub. sentientes, crebris turbulentisq; concionibus omnia commiscebant. Tutus tamen inter has procellas Aristoteles fuit usq; ad Antipatri tempora, qui Alexandro defuncto, Macedoniae potitus est regno. Tunc ab Eurymedonte die sibi dicta, cum in iudiciū uocaretur, defensionē primo aggressus est, orationemq; pro se quam diceret iudicalem perscripsit: mox ueritus iudicum imperitiam & accusatoris gratiam, deserere iudicium ante diem constituit. Ita Chalcidem fugiens ibi posthac fuit, non solum uxore & liberis, uerum etiam auditoribus plerisq; eò se transferentibus. Discipulos uero habuit cōplures, quorū præcipui Theophrastus & Menedemus & Aristoxenus, qui postea Musicus cognominatus est. Nam Callisthenem omnibus præcellentem uolentia regis abstulerat. Theophrastus & Menedemus principes relictī, & quidem ex ipsius sententia iudicioq; summo. Fertur enim cum ad extremū uitæ spatium ægrotaret, ac iam desperata salus esset, coiuisse ad eum discipulos, atq; rogasse, quandoquidem ipse in periculo uitæ foret, & humana fragilia atq; incerta, iam inde eum sibi in doctrina præficeret, quem ipse maxime omnium probasset. Tum Aristoteles cum ante obitum id se facturū polliceretur, haud multo post uinum se cupere inquit, aut Lesbium aut Rhodium, iussitq; utriusq; poculum sibi afferri. Cumq; illa uicissim delibasset, Lesbium, inquit, hoc perq; suaue est, & amœnum, Rhodium & hoc probandum & bonum. Quo quidem facto nemini dubium fuit, quin Theophrastum & Menedemum suo iudicio anteferet, quando alter Lesbius erat origine, alter Rhodius. Hoc eius iudicium persapiens & cautum pro uitanda cæterorum discipulorum inuidia fuit: dixit enim quodammodo, & non dixit. Nec tamen ea cautela uitare potuit, quin aliqui perinde quasi non recte spreti ab eo atq; posthabiti offenderentur, quorum unus Aristoxenus esse uidetur, ut postea scriptis eius deprehensum est. Hic Aristoxenus genere fuit Italus, patria Tarentinus, & propter excellentiam eius artis Musicus cognominatus. Migravit autē e uita Aristoteles anno ætatis sexagesimo tertio, post Romam uero cōditam quadringentesimo secundo: eodemq; ipso anno Demosthenes orator Athenis profugus in Italia, & Aristoteles Athenis profugus in Eubœa, diem obiit. Nec defuit ab Aristotelis obitu ueneni suspicio, sed & fama fuit, & mandarunt quidam literis, potato illum aconito uoluntarie interisse: quod falsum est. Quid enim opus fuit solum uertere, & Athenis fugere, si uoluntarie erat obiturus? An non ut in Eubœa, sic Athenis potare aconitum, & finire uitam licebat? Arguit præterea testamenti series in Eubœa conditi, quæ aliena protinus à uoluntaria morte conspicitur. Sic enim incipit: Erunt omnia recte, si tamen quid contingat, Aristoteles testamentū suum in hunc modū fecit. Hoc autē principū quis non uidet non desperantis esse hominis, sed uitam affectantis: cum etiā omen uitæ moriendi, & recte cuncta fore dicat, si uita supersit. Cum illis ergo sentio qui morbo interisse illum tradidere, qui & plures sunt, & certiores autores. Hæc de moribus eius usq; domestico retulisse sat esto. Non enim hæc tam in philosophis spectanda sunt, quàm studia eorum præclaratq; disciplinam intuendum, de quibus iam dicere ordiemur. Viuo adhuc Platone in

Gellius lib. 13.

cap. 7.

Obitus Aristotelis.

ne in mul
rentur: n
esse puta
Peripater
tutibus &
morum, o
quaquam
re illos ad
multarum
hominem
tales sunt.
Nam de r
ta tradunt
tatis statu
dineq; ui
set, quo n
que suos,
omnia on
Aristotele
tone sect
crates eni
discurrit,
quæ ipse
teles uero
possit) &
uare, non
Ad hæc ip
sica, siue
dijs reru
genuisse
continua
tiq; doct
ue ista par
bri perfec
stitueret n
disciplina
Itaq; disce
& paru
uoluisse a
philosoph
facultatur
omnemq;
psit, & ut
nes, ac po
quentia r
permot
illo magn
se, cum l
Ipsæ certe
libris eius
carum tar
eloquent
lectitare f

ne in multis ab eo distare ceperat, nec deerant planè iam qui Aristotelem secta-
rentur: nec tamen in summa rerum inter eos quidem philosophos contrarietas
esse putatur aut dissensio. Eadem enim sectari uidentur Academici ueteres ac
Peripatetici, à Socratis Platonisq; disciplina ambo fluentes, eandemq; de uir-
tutibus & moribus, de bonis & malis, de natura rerum, de immortalitate ani-
morum, opinionem habentes. Itaq; in genere quidem ipso, & summa rerum ne-
quaquam inter illos discrepantia est: in particulis uero & medijs quandoq; dista-
re illos aduersariq; apparet. Fuit enim Plato uir singularis quidè, ac præcellens,
multarum ac uariarum rerum scientia præditus: eloquentia uero tanta, ut supra
hominem sese attollere illius eloquium uideatur: cæterum traditiones interdum
tales sunt, ut assensu potius bonæ mentis, quàm probationis necessitate nitantur.
Nam de natura animi ipsiusq; transmigratione discessioneq; in corpora, permul-
ta traduntur ab illo, prolata magis hominibus quàm probata. Et in optimo ciui-
tatis statu constituendo ea nonnunquam sentit, quæ ab hoc nostro usu consuetu-
dineq; uiuendi plurimùm abhorrent. Mulieres enim cõmunes omnium esse cen-
set, quo nihil inexplicabilius cogitari potest: filios uero ita incertos, ut nemo ne-
que suos, neq; alienos queat agnoscere. Patrimoniorũ autem iura sustulit, atque
omnia omnium communia esse uoluit. Contra hæc igitur & huiusmodi renitens
Aristoteles, cum probabilem aduersandi materiam nactus esset, etiam uiuo Pla-
tone sectatores reperiēbat. Præterea doctrina Platonis uaria est & incerta. So-
crates enim ubiq; inductus, nullo disciplinarũ ordine, quasi à carcere ad calcem
discurrit, sed modo hoc, modo illud pro arbitrio agit, & in disputando non tam
quæ ipse sentiat dicere uidetur, quàm aliorum sententias dictaq; refellere. Aristo-
teles uero & cautior in tradendo fuit (Nihil enim aggreditur quod probare nõ
possit) & moderatior in opinando, ut hæc quæ in usu uitæq; conuersantur, adiu-
uare, non aliena, & abhorrentia, & nunquã profutura, meditari illum appareat.
Ad hæc ipsis in rebus explicatio seriosa atq; perdiligens, ut siue Logicæ, siue Phy-
sicæ, siue Ethicæ tradat præcepta, cõtinuata ubiq; doctrina sit, & ab ipsis primor-
dijs rerum ad finem usq; perducta scientia, tanquã pater diligens, qui non solum
genuisse filios, sed per pueritiã adolescentiamq; educatos nõ prius deserat, quàm
continuato diligentia studio in uiros traduxerit. Hæc autem cõtinuatio diligen-
tiaq; doctrinæ in Platone nõ fuit, siue ille nõ putauerit oportere, siue noluerit, si-
ue ista parua minutaq; & quasi disciplinarũ elementa cõtempserit. Itaq; illius li-
bri perfectis iam robustisq; disciplina hominibus aptiores sunt, teneros uero in-
stituere non satis possunt. Aristoteli uero permultũ debet humanũ genus, quod
disciplinas ante se uarie dispersas, in unum quasi corpus redigere dignatus est.
Itaq; discere qui uolunt hunc amplectantur oportet, cuius libri ita scripti sunt, ut
& paruulos instituere, & mediocres alere, & robustos exercere, ac perficere
uoluisse appareat, ac omnis ætatis nostræ curam cogitationemq; suscepisse. Nec
philosophiæ solum, quanquam in illa eminent, sed aliarum quoque artium siue
facultatum curiosissimus fuit. Nam & Rhetoricam artem pluribus uoluminibus
omnemq; illius uim, naturam, ornatumq; explicuit, & de Poëtica multa perscrip-
sit, & utriusque harum studiosissimus fuit. Exercuisse uero in eloquentia iuue-
nes, ac postmeridiano tempore præcepta dicendi tradere, ac sapientiam cum elo-
quentia miscere, instituisse constat. Idq; fecisse tradunt Isocratis rhetoris gloria
permotum: qui cum longe à scientia foret, discipulis tamen abundaret, fama q; de
illo magna circumferretur, dixisse Aristotelem ferunt, Per absurdum esse tacere
se, cum Isocrates loquatur, atq; ita docere eloquentiam auditores suos cõpisse.
Ipse certe quæ scripsit, omnibus dicendi ornamentis, figurisq; referlit, quod in
libris eius manifeste apparet. Expertus sum apud quosdam doctos uiros, græ-
carum tamen literarum ignaros, fidem non fieri assertionem meam, dum Aristotelis
eloquentiam commendo, quippe adulterinas huius philosophiæ translationes
lectitare soliti, intricatum quendam & obscurum & inconcinnum arbitrantur.

Comparatio
Platonis &
Aristotelis.

Aristot. omni
ætati docende
idoneus.

Aduersus con-
temptores Ari-
stotelis.

De Aristotelis
eloquentia Ci-
ceronis testimo-
nium.

Absoluta mo-
dis omnib. Ari-
stotelis eruditio

Sed nō sunt illi Aristotelis libri, nec si uiuat ipse suos dici uelit, sed meræ transla-
torum ineptiæ. Ille politissimus scriptor esse uoluit, & quod uoluit curauit, &
quod curauit assequutus est. Verum quia uerba fidem nō faciunt mea, M. Tullij
Ciceronis accedat autoritas: cui enim ij de eloquentia iudicanti credent, si M.
Tullij iudicio non credent? Liber est Topicorum M. Tullij ad Trebatium. In
eius libri proemio ita scriptū est: Sed eo magis reprehendendi sunt, quod non
solum rebus ijs quæ ab Aristotele dictæ & inuentæ sunt, alluci debuerant ad eum
perdiscendum, sed & dicendi incredibili suauitate & copia. In libro autem pri-
mo de Finibus bonorū & malorū inquit: Credo te minus delectari ab Epicuro,
qui hæc Aristotelis & Theophrasti ornamenta dicendi contempsit. In primo er-
go incredibilem suauitatem & copiam, in secundo autē ornamenta dicendi Ari-
stoteli tribuit. In epistolis autem ad Lentulum: Scripsi, inquit, de Oratore libros
tres, quos Lentulo nostro puto fore non inuites. Abhorrent enim à communi-
bus præceptis, atq; omnem ueram Aristotelicam & Isocrateam rationem ora-
toriam complexi sunt. In epistolis uero ad Fannium ita scripsit: Meus autem li-
ber totum Isocratis myrothecium, atq; omnium discipulorū eius arculas, ac non-
nihil & Aristotelica pigmenta consumpsit. In Rhetoricorū autē secūdo ita scribit:
At ueteres quidem scriptores huius artis, usq; à principe illo & inuentore Ctesia
repetitos, unum in locum conclusit Aristoteles, & nominatim cuiusq; præce-
pta magna conquisita cura perspicue ascripsit, atque enodata diligenter expo-
suit, ac tantum inuentoribus ipsis suauitate & breuitate præstitit, ut nemo illorū
præcepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes quicquid illi præcipiunt, si ue-
liet intelligere, quasi ad quendam multo commodiorem explicatorē reuertan-
tur. In primo quoq; ad Herennium libro de arte Rhetorica loquens, sic inquit:
Aristoteles autem, qui huic arti plurima adiumenta atq; ornamenta subministra-
uit. Per multa huiusmodi doctissimorū hominum testimonia de Aristotelis elo-
quentia reperiuntur, quæ referre nunc prolixum sanè negotium esset. Desinant
igitur isti ex infantia sua Aristotelis facundiam metiri: nam qui eorum qui ætate
nostra philosophos se haberi uolunt primas literas tenent, rapti de Grammaticis
immaturi & rudes, & pleni adhuc puerilium tenebrarum, ad ea properant au-
dienda, quorū nec uerba nec significata intelligūt, ac rerum ipsarū uix umbram
quandam intuent. In Aristotele uero perfecta sunt omnia, nam & in literis quan-
tum nemo alter elaborauerat, & Poetas cunctos diligentissime nouerat, & totus
interdum scaturit uerbis, & Oratorū neminem eorum qui ante se fuerant præ-
teriuuit, & præcepta dicendi quàm exacte tenuerit, libri eius Rhetorici declarāt.
Diligentiam uero scribendi eius illa minutissima probant, quod pedes ac nu-
meros non in uersu modo, uerum & soluta in oratione seruandos censuit. Itaq;
dactylum & tribrachū reijcit, quasi nimium elatos pedes, & altius excogitatam
orationem reddentes: rursusq; iambs & trochaos, quasi nimium depressos.
Probauit autem pæona maxime, quæ est duplex. Aut enim ex longa quam tres
breues subsequuntur, aut ex tribus breuibus & longa postrema, quorum alte-
rum principijs, alterum clausulis assignauit. Extant eius libri rhetorici cōplures,
in quibus non modo ipsum studuisse eloquentiæ, uerum & alios docere uoluisse
apparet. In quibus diuina quanta obseruatio est: quàm trita ac per diligens præ-
ceptorum traditio: quàm accurata rerum ad eam artem pertinentium euolutio?
Atq; ego libenter quærerem ab his qui Aristotelem non credunt eloquentem
fuisse, utrum non curauisse illum dicant, ut eloquens esset: an non fuisse, licet cu-
rauerit, eloquentiam consequutum? Primum non curauisse qui dici potest, cum
tanta uolumina de ea arte perscripserit? Assequutum uero tanto studio eloquen-
tiam non fuisse tam excellens ingenium, nimis stulti atq; insipidi est existimare,
& adsunt testimonia eloquentissimorū uirorum, illius facundiam miris laudibus
extollentium. Equidem nisi prolixitatem nimium uererer, infinita penè ex illius
libris recitarem, in quibus & artificium dicendi summum, & cuncta uerborum
senten

sententiarum
mus. Libri
etiam er
quæ nunc
uero eius
sunt. Eoru
ciuilem m
ta uero se
Atq; in ill
cæ nomina
nere collo
& quæ de
& quæ de
generi co
quas ad C
uersus ab
atq; ciuile
bus octo,
chum libr
economic
sunt ab ec
magnaq;
tione Rei
regia gub
tonis libr
diuitijs &
duobus r
positum
eius libri
utro

sententiarumque ornamenta inesse ostenderem. Sed hoc satis, ad reliqua transeamus. Libros autem usque adeo multos perscripsit, ut non solum legendo, uerum etiam enumerando fatigare auditorem possint. Non enim tantummodo scripsit quae nunc inter manus uersantur, sed longe plura, quae deperdita sunt. Scripta uero eius licet multiplicia uariaque fuerint, tamen ad genera quatuor reduci possunt. Eorum una pars, eloquentiae suasionisque rationem complectitur. Altera ad civilem moralemque pertinet disciplinam. Tertia differendi praecipua continet. Quarta uero secreta naturae, ac rerum occultissimarum causae rationesque explicantur. Atque in illo quidem genere quod primum a nobis positum est, artes eius rhetoricae nominantur, pluribus libris ac diuersis uoluminibus explicatae. In eodem genere collocanda sunt illa quae de Homericis quaestionibus sex libris explicuit, & quae de arte poetica libris duobus, & quae de eloquentione Poetarum libro uno, & quae de Poetis libris tribus, & quae de Tragediis libro uno. Adde etiam huic generi cohortationes atque epistolas, quas ad Philippum, quas ad Alexandrum, quas ad Olympiadem, quas ad Ephastionem, quas ad Antipatrum misit. Adde uersus ab eo factos, & orationem iudicariam pro se scriptam. Morales quoque atque civiles permulti ab eo scripti sunt libri. Nam & ad Eudemum libri de moribus octo, qui & nunc extant, & Magnorum moralium libri duo, & ad Nicomachum libri decem, in quibus profectio eius discipuli inesse putantur. Praeterea Oeconomicorum libri duo, Politicorum libri octo. His addantur hi libri in quibus sunt ab eo mores & instituta centum quinquaginta octo ciuitatum, multa cura magnaque diligentia perscripti. Praeterea de iustitia libri quatuor. De gubernatione Reipublicae duo. De uoluptate liber unus. De summo bono libri tres. De regia gubernatione liber unus. Prouocatiui ad uirtutem libri duo. Ad leges Platonis libri tres. Ad Rempublicam Platonis libri duo. De legibus libri quatuor. De diuitijs & opulentia liber unus. De precatione & uoto liber unus. Iam uero in duobus reliquis generibus, quorum alterum in differendi iudicandique ratione positum diximus, alterum in secretorum naturae peruestigatione, quam multi eius libri adhuc extent omnes scimus, quam multi uero amissi atque perditum sint in utroque illorum genere, operosum sane negotium esset in praesentia referre, atque connumerare uelle. Traditur quippe libros supra trecentos ab se scriptos reliquisse: horum pro multitudine pauci extant, sed credo optimi atque probatissimi.

Librorum Aristotelis diuisio.